

1109 Nuceriae nella scala del vescovile palazzo MAR. Ibi frustra quaesivi.

† HIC REQUIESCIT
IN PACE VICTORIA
ANCILLA DEI QVE
VIXIT ANNOS SPTM
5 LXXX · DEPOSI · TA SD
XII KAL · NOVEN^{RI}
SEPTIES PC BASI
LI V C I N D S X I p. C. 548

Miserunt Marinio Mich. Arditii 11 Iul. 1786
et Caleppius, qui accepit a Vega (cod. Vatic.
9043 f. 11 et sched. christ. n. 5549).
6 XII KAL Cal., XII XA Ard.
A. 548 Oct. 21 currebat indictio non XI,
sed XII, scilicet si computamus a k. Sept.

1110 Nuceriae in S. Mariae Maioris.

LI · I · N · A · I
TRVS QVI VIXII
ANN PLS MN
L DEPOSITVS
5 V · N · I · I · I · I · I · I · A · I · A · N

Galante descripsit.

XXXVI. SARNVM (Sarno).

Sarnum oppidum, hodie Sarno, ex antiquis auctoribus solus Ravennas nominat loco non suo; ex mappa quam habemus excidit (v. p. 58 I). Mansio ibi fuit et vicus, res publica autem sine dubio nulla.

1111 in monte supra Sarnum, aliquando dicto Minervae, hodie *casino di Abignente o Fumagalli* in curte. Adiectus est titulus hic: 'Perantiquum hunc lapidem . . . dum sibi suisque casam hanc . . . Antonius ex Abignentium patricio genere natus extruendam curaret, iam diu sepultum reperit et . . . hocce in pariete suspendendum censuit ann. 1739'.

L · CL · POLIONI · IVLIO · IVLIANO
GALLICANO · C · M · V · COS ·
PAT COLONIAE · ET · CONSTI
TVTORI · T · L · O · S · I · NOLAE SVBOLES
5 per · LIBERTOS · LIBERTASBAE · BON · V ·
//MORIII I · S · O · NICOMEDES · ET · C · I · I · I · I

Recognovit F. de Duhn. titulum lectu difficilem. Descriptum dederunt Iannellius et canonicus Sarnensis Petrus Nocera.

4 sic Duhn, TVTORI · OPPIDI · NOLAE, dubitans de mediis, Noc. Expleri hiatus non potest nisi legendo; nam multa sunt, quorum Gallicanus potest constitutor fuisse, ut *ludi, certaminis* cet. — 6 //MORE/////NICOMEDES · FI · S · P · Noc. Factum esse titulum a subole defuncti per libertos libertasve (= bae) bonae memoriae viro videtur significari hoc elogio sane miro, sed nequaquam suspecto. Eiusdem hominis titulum Nolanum vide n. 1249.

1112 [=340*] trovata presso la città di Sarno.

FELIX ORESTILLA QVE
FELICITER CRISPINO EVODIO
NVPSIT PVERPERIO VIX
EDVCTA INFELICITER OBIIT
5 MARITVS PIENTISS VCSORI · S
B · M · FECIT
CONTRA · VOTVM

Nuove Memorie per servir all' istoria e letteratura vol. 2 (Venetiis apud Valvasensem 1759) p. 176, unde transiit in ephemerides alias: excerpta totius Ital. nec non Helvetic. litt. 3 (Bernae 1760) p. 221; nov. Flor. 1768 p. 172 (inde Donat. 401, 18. 464, 6). Orelli 4628.

Rettuli in ed. 1 inter suspectas non temere, opinor, cum praesertim ignoremus a quo titulus proficiscatur fierique possit ut ephemeridi Venetae miserit Pratillius Pratilliive amicus. Sed tamen cum concedendum sit recentis originis indubia indicia in titulo non inesse, prudentius visum est eum hoc loco referre.

XXXVII. ABELLINVM (Atripalda prope Avellino). Tribu Galeria.

Abellinum situm in via Nuceria Beneventum (v. itineraria supra p. 58 n. IV) Ptolemaeus (3, 4, 74 Ἀβέλλινον) inter oppida Hirpinorum recenset, et apud Plinium quoque 3, 11, 105 inter populos Hirpinos *Abellinates* sunt cognomine *Protropi*, cum inter Apuliae populos inveniuntur *Abellinates cognominati Marsi* praeterea plane ignoti. Alio autem loco 3, 5, 63 idem auctor Abellinum inter oppida Campaniae refert. Utri regioni haec pars agri Hirpini attributa fuerit (v. vol. IX p. 88) cum ad liquidum perducere nequeat, nos in re incerta Abellinum in Campania recensuimus, in qua certe fuit post prolatos sub Diocletiano Campaniae fines (l. c.). Itaque eo tempore fuit sub vicario urbis Romae, id quod intellegitur ex constitutione a. 364 de ordine Abellinatium (cod. *auellinatium*) ad eum magistratum data (C. Th. 12, 1, 68), et in coloniarum quoque libro recensetur in Campania p. 229 sic: *Abellinum muro ducta: colonia deducta lege Sempronia: iter populo non debetur: ager eius veteranis est adsignatus*. De condicione rei publicae quidquid innotuit, ex titulis venit. Iis testibus colonia eo deducta est dicta, si quidem nomina recte tradita sunt, saeculo tertio medio *Veneria* *Livia Augusta Alexandriana Abellinatium* (n. 1117; colonia praeterea est n. 1120. 1123. 1124). Itaque colonia eo deducta sit necesse est ab Augusto et appellata tam nomine ipsius quam uxoris; pariter atque colonia in Numidia Marciana Traiana Thamugadi nomina consociavit imperatoris et sororis eius. At ut in Traiano non offendit eius-

modi vocabulorum dominationis et potestatis cum mulieribus domus imperatoriae communicatio, ita ab Augusti rerum publicarum ordinatione talia abhorrent, et cum vocabuli *Livia* ne lectio quidem certa sit, cum ipso nomine etiam origo eius dubia est, quamquam hoc satis constat Augusti aetate Abellinum coloniae formam induisse. Veneriae appellatio coloniae ab imperatore gentis Iuliae constitutae recte convenit. Alexandrianae autem vocabulum Abellinates omnino ab imperatore Severo Alexandro sumpserunt. Honores apud Abellinates appellantur non solitis nominibus modestis municipalibus, sed iis fere, quibus utitur ipsa res publica Romana; scilicet inveniuntur *censores* (n. 1130. 1131. 1132. 1134. 1135. 1137), ut semel (n. 1135) adiciatur *ex decreto decurionum; praetores duoviri* (n. 1131. 1134. 1135. 1137. 1138. 1140), quo magistratu functus dicitur *duumviralis* (n. 1132), cum *duovir i(ure) d(icundo) Abellin(i)* legatur in titulo reperto extra territorium vol. IX n. 2118; *aediles duoviri* (n. 1129. 1131. 1137. 1139. 1140. 1141), rarius *aediles* nude (n. 1135. 1138). *Quaestura* saepe invenitur, sed in ordine honorum certam sedem non habet suscepta modo ante aedilitatem (n. 1138), modo post eam (n. 1129. 1131. 1134. 1135) vel adeo post summum magistratum (n. 1132), id quod pervenit item ad *quaestorem alimentorum* (n. 1138). — Ad rem sacram quod attinet, honestiora sacerdotia adhuc nulla prodierunt; inferioris loci inveniuntur *magistri Mercuriales* (n. 1152) sive *Mercuriales* nude (n. 1153. 1154),